05

03

09

14

AD ILLV-
STRISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM. D. LVDOVICVM, DVCEM VIR-
tembergicum ac Teccium, Comitem Mom-
peligardium &c. D. ſuum Cle-
mentiß.

EDite præluſtris de ſtemmate Principe Princeps,
Virtembergiaci Dux Lodoïce ſoli:
Mens tua nequaquam patriæ uirtutis egena
Lucida Pegaſeo tendit ad aſtra gradu.
Et tua latiuago uirtus circumuolat orbe,
Et ſimilem diui te probat eſſe Patris.
Et paßim iactant hominum tua nomina uoces,
Celſaq; perpetua laude ſub aſtra uehunt.
Te celebrat paßim doctorum turba uirorum,
Inq; tuas laudes officioſa uenit.
Sed tamen inprimis cœli te tollit ad aſtra,
Ingenio uatum turba canora ſuo.
Illorum motus animis Deus indidit acres,
Atq; dedit partem mentis ineſſe ſuæ.
Creditur hi ne uates agitari numinis æſtro,
Fatidicumq; ſacer pectus habere furor.
Inde ſacer uatum labor eripit omnia fato,
Lethæoq; uehi merſa ſub amne uetat.
Hinc fouêre Duces olim Regesq; Poëtas,
Inq; ſuo precio nobile carmen erat.
At licet æthereos mea mens non ſentiat hauſtus,
Nec iactet Clarij numina magna Dei:

Ende

Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2015. Signatur: 7786;